



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

3. Domin. 1. post Epiphan. de ascensu Christi in templum anno duodecimo
Luc. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

6 MEDITATIONES IN

nari, ne redeant ad Herodem, id est, ne malorum consuetudine damnum capiant: vt discas quando tuleris te, tuaque obtuleris Deo, Deum vicissim te non derelicturum, nec passurum vt mundi societatem requiras in maligno positi, sed potius facturum, vt per aliam viam mundo contrariam, id est, paupertatis, contemptus tui, & mortificationis ac crucis tendas in regionem tuam, id est, paradysum caelestem, vnde omnes exulamus.

DOMINICA I. POST

EPIPHANIAM.

De ascensu Christi in templum

anno duodecimo. Luc. 2.

- I. **N**ATVS IESVS annos 12. è Nazareth profectus est Hierosolymam. Considera quanta deuotione B. Virgo cum Iesu & Ioseph quotannis iuerit Hierosolymam ad celebrandum Pascha, cum faminae ad id non tenerentur, minus puer Iesus. vt discas multa facere, ad quae non teneris, & libeter loca sancta precandi causa, licet remota, adire. *Secundo* cogita te videre puerum Iesum iuuetis manibus, & post eum B. Virg. & Iosephum ardenter & multis horis orantes. O vtina ex illo feruentiu precu igne vna scintillula
INCI.

DOMIN. TOTIVS ANNI. 7

incideret in orationum nostrarum frigus.

Remansit illic nescius parentibus Confide-^{2.}
ra intimum dolorē B. Virg. quando domū
reperens vesperi non inuenit suum Iesum,
quē putabat esse cum Ioseph. quot gemi-
tus ambo ediderint, quot lacrymas fude-
rint, nescientes quo se verterent, quia erat
nox, sed nec cibum nec somnum ea nocte
sumpserint. *Secundo*, cogita, cū te volueris
diuino cultui dedicare, vel inspirationi di-
uinæ satisfacere, posse parentes, si reluctē-
tur, eorumq; consilia dese ere. Tunc enim
Deo magis obediendum, quam hominib⁹.
Deinde Christum aliquando, etiam piis, *Act 3.*
se, suasq; consolationes subtrahere, vt di-
scas sollicitē eum, eiusq; gratiam custodi-
re. *Tertio*, vide Christum in angulo aliquo
templi illa nocte ardentem orantem, de die
verò vel orantem, vel pia loquentem inter
pueros, vel panem ostiatim emendicantē.

Post triduum eum inuenerunt in templo, 3.
sedentem inter Doctores: Et ipse illis causam
mora percontantibus, respondit. (Nesciebatis,
quia in his, qua Patris mei sunt, oportet me
esse.) Cogita quomodo B. Virgo, in reditu
ab omnib. obuiis quærat de filio; eoq; cō-
specto, quantū gaudiū obortū cum lacry-
mis, quomodo, inuenit in oscula, nūc ipsa

8 MEDITATIONES IN

nunc Ioseph, quas querelas deposuerint. Quomodo vicissim eas solatus. Quantum Doctores illū laudarint coram ipsis. 2. disce Christum inueniri in templo, non inter cognatos & carnales homines. Disce & humilitatem, vt non pudeat alios audire, & interrogare quæ nescis.

DOMINICA II. POST EPL-
PHANIAM.

De nuptiis in Cana Galil. Ioan. 2.

2. **I**nuitatus fuit Christus cum discipulis suis ad nuptias. Considera primò humilitatē Christi, qui non dedignatur ire ad nuptias inopum. defecerat enim iis. vinum. 2. mysterium, quia matrimonium est symbolum coniunctionis Christi cum Ecclesia, cuius tu es membrum; vt scias, sicut post nuptias sponsa non potest amplius diuelli à sponso, sic nec te à Christo, eoque magis, si per votum castitatis eum in sponsum elegeris.
3. scopum Christi; ideo enim adiit nuptias, vt fructum & temporalem & spirituailem iis afferet.
2. *Deficere vinum mater Christum monuit. (Vinum non habent) Et ministris dixit. Quodcunq; dixerit vobis facite. Considera pri-*

Ephe. 5.

132